Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

huic modo non subdidit. Hunc iure despexit dicens: Transiui et ecce non erat. Esset in eius estimatione aliquid impius si ipse ab hoc seculo per intentionem minime transisset. Sed is qui non transeunti magnum aliquid esse transeuntibus animo quem nullus esse apparuit quia dum eterna retributionem cogitat presentis gloriam quam sit nulla cognoscit. Hinc moyses cum superne contemplationis gloriam quereret dixit: Transiens uidebo uisionem. Nisi enim gressu cordis a seculi amore remouisset nequaquam intelligere superna potuisset.

Lib. Iob 9. In capitulo 71.

Quum de abolenda memoria preteritorum excessuum tractaretur, adiunctum est: Computruerunt et deteriorate sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. Cum peccatum corrigit et plangit cicatricem vulneris superducit. Sed cum mens decepta hoc unde iam penituit ad delectationem suam renouat cicatrix penitentie que superducta fuerat ad putredinem vulneris redit ut fetorem praua delectatio habeat postquam salutem vulneris iam cicatrix sanata cute monstrabat. Quod itaque cicatrices non sanatos sunt vulnera laxatas namque nequitias ad delectationem memorie redire conspexerat qui cicatrices deflebat. Cicatrices quippe computrescere est sanata iam peccatorum vulnera rursum in temptationem erumpere atque eorum suggestionibus pus superducta cute penitentie fetorem culpe iterum doloris que sentire quia iniquitatem in se et uel foras opere agit et sola cogitatione intus peccat districto quam se reatu mens obligat nisi hoc sollicitus lamentis tergat.

In expo. euang. oml. 32.

Dum de calcando presentis seculi consuetudinibus tractaretur adiunctum est: Incuruatus sum et humiliatus sum usque quaque. Plerumque videmus que agenda sunt sed hec opere non implemus. Volumus et infirmantes mentes iudicium et rectitudinem conspicimus sed ad hanc operibus fortitudo succumbit quia nimirum iam de pena peccati est ut dono quidem possit bonum conspici sed tamen ab eo quod aspicitur contingat per meritum repelli. Usitata etenim culpa obligat mentem ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur et labitur quia ubi sponte diu perstitit ibi et cum noluit coacta cadit. Unde bene de eo nostro ex typo humani generis propheta dicitur: Incuruatus sum et humiliatus sum usque quaque. Contemplatus quippe quod ad superna lucem intuendam homo conditus fuerat sed peccatis exigentibus foras missus mentis

Computruerunt et deteriorate sunt cicatrices mee

Incuruatus sum et humiliatus sum usque quaque

Sic tenebris portat